

*Doc. 38 (Scriptum est Secretis
Apulie ac dohaneriis...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 38 (Scriptum est Secretis
Apulie ac dohaneriis...)*

1301-06-26

Scriptum est secretis Apulie ac dohaneriis Manfridonie
etc.

Per vicarium magnifici viri domini Roberti comitis
Atrebatensis consanguinei nostri carissimi in partibus
Apulie nuper accepimus quod dum vacce dicti in
foresta nostra S. Gervasii seu eius pertinentiis pascua
sumerent hiis diebus comes Manfridus Maletta, cui
custodiam palatii dicteque foreste Sancti Gervasii ab
olim commisimus, duas ex vaccis ipsis cum balista
percussit et eas fecit ad dictum palatium apportari.
Super quo volumus et mandamus ut, constituto vobis,
inde tantum de provisione dicti comitis Manfridi
Malette retineatis et assignetis Nicolao Cugnetto de
Barolo, vicario dicti comitis Atrebatensis pro dictarum
duarum vaccarum pretio vel emenda quantum eas vobis
constiterit valuisse.

Datum Neapoli per magistros rationales etc. die X
novembris XV indictionis (1801).